perte cōtenderit: pvidētiā vero nō id esse qd̄ protidēt: sed actū pvidētis.
quare cōfici vt ratio ordinis rerū in finē pvidētiā nequeat appellari. ppter
reacq; pvidētiā veritas appellari debere actū pvidētis: qd̄ id q; eo actū mē
te concipit: quare intelligentiā ipsam pvidētiā noīe donandā nō rationē
ipsam quē dici itre debet p̄usa. Sed Thome lectatores resistunt: qui dupli
cē esse rationē ordinis rerū in finē asseverāt: aliāq; i intellectū p̄ducētis: aliā
in ipsis rebus collocant: sed prima dūtaxat ratiōe pvidētiā: quā voluit Cas
preolus ip̄am esse dītinā effētiā quę sit ratio rei omnis quę a deo intelligi
tur. Itēq; pvidētiā qd̄ p actū ipso pvidētiā queat accipi: rectius tamē &
exactius summi p forma quę sit pducta illo actū: cui nec id nominis fuisse
nisi terminaret ad eiusmodi formā: quę p̄prię atq; p se dicat protidētiā. Si
quis vero a me q̄itereret unde nam: et quo p̄fiscit pvidētiā: hoc est de a
gente eius causa & fine interrogaret. dicere possem a Thoma in ipsa definī
tione descriptiōe ut satisfactū: nō tam causis intraneis vt ſēpe nūero fit: cū
forma tantū: & materia: aut̄ quę loco materię & formę ſunt explicant: qd̄ ijs
quę extrinſectus habent: hoc est agēti & fini. eo em q̄ dixit rationē Thome
agentē causam ſubſignauit: qua ppter & primo citata eft a Seuerino diu
na ratio quę diſponit. In eo vero qd̄ appellavit ordinē vicaria quadā nomē
clatura formā dedit intelligi. Ipse aut̄ res vičē materię pſidēt: finis aut̄ clare
notatus eft: finis inquitā vltimus. id eft deus optim⁹ a quo vt a principio pri
mo pcedūt omnia: ad quę vt in finē supremū refertūt vñitersa: & quę illo
ſunt capacia. nī obſtiterint eternū beant: qua de re poſſumus facile cōſidera
re: p̄cellentiā etāgelij: quo imbuti. paucissimis verbis de pvidētiā & recti
us decemūt & certius: qd̄ pbatissimi gentiū philosophi voluminibus innt
meris: & qd̄ nō nihil inter ſe qn̄q; luſtent noſtri: in vñū tamē cōueniūt vi
relcq; cōmunicāt: ſite ad excludēdos gentiū deos: quib⁹ dabaſ ab illis proti
dentia: ſite ad eā in vno deo vero ſtuendā: p̄tendendāq; ad poenas & p̄
mia vitę futurę. Hec aut̄ illi p̄tū ignorarūt: p̄tū excluderūt: partim cęcutiē
tes aspexerūt: & quāli p̄ enigmata rettulerūt: & quicq; ad veritatem p̄pin
quins existimati ſunt accessiſſe: plerisq; admixtis erroribus ſupſtitioib⁹lq;
quod rite perceptū fuerat inquitārunt.

De fato: neceſſitate: fortuna: nemesi: æſa: parcis: adraſtia: qd̄ varie ve
teres philosophi diſſerterint: & quo pacto illa ſub pvidētiā reduci
quārent. ibiq; de pvidētiā: vocatione: p̄deſtiuationē: & p̄ſcientia.

Capi. xiij.

Voniam vero pl̄orimi ex antiquis gentiū philosopphiis: adtiocas
runt: fatum: neceſſitatē: q̄sam: Adraſtiam: fortunam: nemesim: par
cas: quę cum pvidētiā dei vel eadem vel ab ea diuersa eſſe pro
culerunt: noſtriq; theologi preter fatum et pvidētiā p̄ſcientiā quoq;
E n

S. Thomas.

Pvidētiā
quid.
Prima obſe
ctio.

P. Atreol.

Secunda.

Solutio.

Caprolius.

quā recte de
ſcpserit Tbo
mais dei pro
uidētiā.

P̄cellentiā
evangelij.

SECUNDA LIBRI PARS

Quid pythagoras & alii
d: necessitate
fato ceteris
arbitrari sint

Parmenides
Theodorus?

Necessitas
Fatum.

Theonius.

Chrysippus

Zeno.

Gellius.

Natura & fatum ex
Chrysippo.

Oenomatus.

Partes?

Tempus.
Partes.

& vocationem & predestinationem asciscunt. de huiusmodi rebus consequenter differendum videtur. Pythagoras itaque αναγκήν id est necessitatem disserit adiacere mundo. unde fortasse ut coniatio, ingentem necessitatem veteri θεοῦ chaos appellavit. Orpheus crotoniata σφράγις μηδ πρωτοχρήστης τον αναγκήν. parmenides ut est apud Theodoretum Cyri episcopū την αναγκήν δι Αἰώνοντος κεκλίκεν δι Λίκην δι προοιαν. id est necessitatē & desmonem vocauit & iusticiam vel iugicium vel poenam; & prouidentiam. Heraclitus. Epicyrus. Democritus & eius asecle necessitatem & fatū idem existimauit; nec tamen videntur a peripateticis admodū variare: qui fatū ut dictum sum: is pro natura sum: non naturam a re ne: matrem et formam. unde antiqui qui necessitatem materię dabant a posteriori etate & a Themistio maxime reprehensi, cum materię non per se: sed per formam et speciem aduenire necessitatem affirmauit; utpote quod sine indicio indicatur materię necessitas. At Chrysippus voluit fatum esse οὐκ εἶδεν τον οὐκ εἶδεν δι τέταρτης μηδέποτε. id est motionem sempiternam continentiam & ordinatam. Zeno citius potestatem materię motricem: idemque fatum & prouidentia & naturam non differre existimauit. qui vero illi successere maluerunt fatū esse rationem quae in mundo ipso prouidentia gubernaretur: & iursum in alijs lucubrationibus definierunt fatum cathinam esse causarū. De Chrysippo Gellius multa differit hausta de libro eius de prouidentia quarto: inter quae bona esse non possisse si non essent mala: quae mutuo aduersoq; fulta nixa considerent: morbos quoque & debilitates non per se a natura sed κατα προπολογεῖσιν fieri. fatum naturalem esse omnium rerum ordinem & necessariam consecutionem; nec propriea mentis nostrarum libertatem penitus ita cogi: vt delicta fato non hominum tribuantur voluntatis: quam voluit quoquo modo posse impetus consiliorum & mentis actiones moderari. Sed praeter ea quae apud eundem authorem haberi possunt de Chrysippo: pleraque legimus ipsi. sed omnia referre nec temporis nec loci ratio postulat: itaque missa faciemus nonnulla & quae maxime in illo scripsit Oenomatus cynicus: cui visum est tolli ab eo nostri libertatem arbitrij. Aliqua vero etiam praeter ea quae ante subsignatus notare par est: quosnam ad rem nobis propositam facere videntur. ea sunt την πεπρωτην μηδέποτε hoc est fatum terminatam esse & perfectam gubernationem ειπορειαν μηδέποτε vero quam etiam vertunt fatum: sortem quandam sive ex dei voluntate: sive ex alia quamvis causa: posuit autem inter pepromenē & Ημαρμένē discrimen: ut rāz separatum recensens: quae tamen omnia fati nomine solent & a Gellio & ab Apuleio & alijs declarari. οὐποτε vero id est parcas a dividendo & distribuendo vnicuique sita: sic δι χρεον πρόποτο χρεον, numerum vero parcarum: quae si ratio nominis inspiceretur partes potius appellari debuissent: tria declarare tempora volunt. in quibus universa voluntur in Gyrum & perficiantur. & λοχών quidem vocari πρόποτο λοχών ειν το πεπρωτην μηδέποτε. id est ob id quod fatum sortiatur. αρπον vero quoniā αρπετρον quasi intertibile dixeris & ουτορετρον. ut intelligatur transmutationi minime subiectum quod iam cessit in sortem. Κλεθον autem πρόποτο συντεκτονον δι την ιδεον μηδέποτε resoluteret scilicet & cohereret omnia. προοιαν vero ut supra diximus quoniā ad utilitatem unum quodque disponeret. ολοχρήστην vero eandem vocarunt: quoniā nihil eam impedit.

DE PROVIDENTIA DEI

dit, nihil frustratur: nihil ea infectum relinquitur. tam & si ab Adraſto nō nulli deritranerint: quoniam ei templum constituerit propter glapi fluen-
ta, hunc autem regem alij fuſſe ſoceram Polynicis thebani: alij vetuſtiore
contenderint: nec defuerunt qui voluere Oegialeum Adraſti ſilū ibi fuſſe
ne catum: ubi Adraſtia templum dicarunt. eximie vero celebatur Adraſ-
tia prope Cyzicum ut Callimachus in Hechale: & Apollonius in primo
argonautico, eft autem Cyzicus & Cnitas & iſula nobilis in propontide,
quod Strabo ſcribit: Tolomeus: Plinius: Mella: Florus & alij non parum
multi: vt Argonauticon scriptores præterea. ceterum Anaxagoras De-
mocritus & plurimi ſtoicorum fortunam exiſtimarunt eſſe cauſam huma-
nae rationi minime maniſtam: alij eam pro dea ſuſcepereunt qucs Phile-
mon comicus irriſit. Plato neceſſitatē in timo accipit pro natura informi
de cuius regno apud antiquos multa: quibus & illud quod ex Cypheo ſu-
pra citatissimus conſentire poteſt, aliubi vero eam idem cum fato voluit eſſe:
iſum vero fatum in rebus naturalibus & ſenſibilibus poſuit: quod & po-
liticus & protagogorē timaei dialogi commonent: q̄c̄q̄ in timaeo naturam
de creatore pendentem fatum videtur intellexiſſe: q̄c̄q̄ Apuleius ex eius do-
gmate deſinit diuinam legem eſſe fatum, per quod ineuitabiles cogitatio-
nes dei atq̄ incepta complentur: quod alteri quam afferit ex Platone ſen-
tientie male videtur poſſe coniungi: ſcilicet fortunam & arbitrium huma-
num: fato a Platone ſubductam: quia certe nequeunt ſubducere ineuitabili-
bus dei cogitationibus legiq̄ diuinæ Adraſtiam in ſublimi illa rerum in-
tellegibiliſ ſerie collocauit Plato: quam & legem queq; Adraſtia nun-
cupauit in phedro: neceſſitatē quoq; in intellectualiſ ſuſtus & matrem par-
carum in libris de re publica. De Adraſtia vero Plotinus in libro de pro-
videntia primo videtur a Platone diſſentire: nam illam quam diuinatum
legum ineuitabilem nuncupat poſteſtatem ad homines vlc̄ & ad minima
etiam deriuat: eoq; ſpectare inter alia voluit: vt in rerum quas con- men-
tis eft viſiſtudine: qui in priori vita mala feciſſet facinora: eadem in alia
pateretur: vnde riſendum illud explodendur q̄c̄ pithagorē palingenes &
retulit pertinere ad Adraſtiam: vt qui olim extinxit matrem: natuſ aliquā
do foemina, in posterum extingueretur a ſilio: & qui vitia: t mulierē: ipſe
deinde mulier factus vitiaretur. Platoni vero conſenſit in lib. de picuic en-
tia ſecundo: cum prouidentie iſi fatum ſubiecit: nec ab re: quandoquidem
hoc in inferioribus: illam in ſuperioribus poſuit: ſi quidem a probatioribus
platoniciſ ordo mundi ſenſibilis: & ſeries carſarum & effectuum vocatur
fatum: ordo vero intelligibiliſ mundi & idearum de quibus ſumus lecuti
ſupra: ab eisdem dicitur prouidentia. Fortunam vero Plato ipſe ξυπτουχ
q̄vōtē & ἡ προφετεία id eſt accidens naturæ vel electionis appellatit, &
etiam τιτον καſu τὶ συν. ΒΕΒΗΚΟΣ γίνουſ. τον id eſt cauſam eorum quae
ſecundum aliquod accidens fiunt: & ei hac in parte conſenſit Aristoteles. qui
eam quoq; ſecundum accidens cauſam appellatit. Sed platoniciſ Proclus
in expoſitione timaei Demonicam poſteſtatem cauſas inter ſe diuinas con-
gregantem fortunam appellavit: nec diſſere eam deſinitionem a periapte-
tica determinatiōe putatit Io. Picus patruſ in quarto cōtra Astrolo, libro.
quoniam inquit a Proculo remota cauſa: a pīpateticis pxiſma notaq; reſpicit.

E in

Adraſtus.

Cyzicus.
Callimachus.
Apollonius.

Anaxagoras
Democritus

Fortuna.
Quid Plato
de neceſſi-
tae, fate, ce-
Adraſtia, &c
ceteris.

Apuleius.

Notas.

Plotini non
idē diuina
ſe de Adraſ-
tia qđ lat-
to idem vero
de ſuſt.

Opinioes de
fortuna.

Aristoteles.

Proclus.

Io. Picus.

SECUNDA LIBRI PARS

Augustinus.

Quod opis
nō de parcis

Apuleius.

Quid de fato
Demosthenes
Cicero
Vergilius
Lucretius

Cicero.

Vergilius

Lucanus.

Aristoteles.

Quid Aristo.
de fato, nec
fata, res, ne
meli, parcis,
adrastra, et
terris.

Augustinus quoque fortuitas causas non esse nullas voluit in quinto de civitate dei, sed latentes; nec etiā ab Anaxagorę et Democriti et stoicorum pluriū opinione de qua actum est supra, sunt alij qui parcas aliter ac hi quos paulo ante retulimus interpretantur: nam per atropon nō erraticam sphaeram; per cloho septem planetas, id est latine errores: quod ut diximus alibi per coeli spatia ita gitter errent & dilabuntur: vel ut platonicus voluit Apuleius ideo errores stelle: quod super eorum causibus opiniones disputationes quae nostre possint intellectu in errorem inducere: per lachesim vero res sublunares intelligent. Demosthenes fatum & natrā esse idem existimat cum fatalem pro naturali morte posuit in oratione de corona: dices eos qui se tantum genitoribus natos existimant fatale & siq[ue] spontis morte manere ou[ro] τοις γενεσιν νομον γενενογονι τον θεον ειπου γηρας δι τον αυτουτον θυντον περιπολης. Contra vero Cicero discrimen inter utrumque videtur posuisse in prima antoniana scribens: multa autem impendere videntur preter natrā etiam preterea fatum. Vergilius Demostheni consensit de Didone quae vi mortem a siccebat: nec eam expectabat quam tulisset natura: canens: nam quia nec fato debita nec morte peribat. Sed claritus in primo georgicorum cum de avibus cecinit. Haud equidem credo quia sit diuinus illis, ingenium: att̄ rerum fato prudentia maior. Nolit enim illis ingenium esse diuinus in p̄fessione futurorum: nec prudentiam maiorem ea quae contueniret eorum naturę arbitratuſ absurdum haberi debere: ut hominibus brute prestarent animantes: in reconditorum eventuum p̄ notionē: quod gentes falso putabant: decernens ipse eas atque ex aeris qualitate dum taxat moteri: & concentus edere: qua de re in tercio de rerum p̄ notionē libro diligentius egi. etundem Verg. fatum etiam pro diuino de creto sepentimero sumptissime constat: aliquando vero pro re inde pendent: quae tamen verti alio posset: ut pote qui fata contraria fatis cecinerit: unde ille lud solabar fata contraria fata rependens: & in septimo heu stirpem intulit & fatis contraria nostris fata phrygum: & opere pcedente in persona Turni sunt & mea contra fata mihi ferro sceleratam excindere gentem. Lucanus autem quod & alibi quoque notauimus fatum p fortuna sumpsit: placet alea fati alterutrum mersura caput: Aristoteles fatum id esse quod natrā omnino videtur voluisse: cum in quinto physice auctoritatis libro eas quae secundum natrā fierent generationes fatales appellari: & eius etiam mentem aperiens Themistius voluit dici ea fato evenire quae natura sunt: & institutionem ordinemq[ue] natrā sequuntur. Idemque Aristoteles in meteoris fatalia tempora nuncupavit statos volvendorum mensum circuas: idem vero in libro de mundo ad Alexandrum cum pleraque inclita que supra citatimus dogmata protulisset: de deo quem ita esse in mundo putauit quemadmodum gubernator in natrā: in urbe lex: auriga in curru: dux in exercitu: post multa haec inquit εἰ τὸν πόλυν νομον τοιούτον hoc est unus autem cum sit multinomius est: & plerisque interpositis. οὐαὶ τῷ θεῷ τὸν αὐτοὺς γένος οὐαὶ τοιούτον τοιούτον hoc est ad uerbum. puto autem & necessitatem nihil aliud praeter hanc dico: & causam his verbis subnexuit οἰοντει ακίνητον γενον οὐτα ut pote substantiam vel essentiam immobilem: quae sententia neotericiis philosophis ad stipularez tur contendentibus necessitatem et immobilitatem idem haberi; consentiret

DE PROVIDENTIA DEI

& Lactatio qui tam & si imobilem deū nō dixit eius tamen naturā in libro de ira necessitatē appellat: nō naturā quę a nascēdo: videretur dici: sed retinatur ad Aristotelem qui dictam dicit. ειναι ριενη λια το ειρεινταξη χωρειν ακολγεσο: id est fatum quoniam trahet & cederet consequenter παραμενην λια το πεπερυτων ηαι παντα η ιηδεν εντοις νοι επειπον ειναι: id est fatum item quoniam omnia terminata sunt: & nihil est in entibus in finitum μοιρας quoq; ab eadē ratione deduxit qua & Chrysippū etiā deduxisse notaūmus. Addit velesiv οι οι θεοι ηεινεισεο: id est a distributione que vnicuique sit: ἐφη in tercio libro quo de morib; disseruit ad Eudemum: sanxit nemesim esse qua quispiam tristatur ob ea que male preter dignitatem aguntur. Subditq; Διο δε οι οισται ειναι ην νεμεσιν: id est qua propter deū putat esse nemesis: quo etiā loco eandē esse qua & deus affirmauit. Orpheus item illi uti deē Hymnū cecinit in quo & illud. χαραξτα αικονε & illad itē βασιλεια μεγιη & illud quoq; ενσιλ ειοι Δικαιοθεον. Homerisq; ppterēa forte nemesis nomine poenā significavit: cū apud eū in secundo odyssēe libro telemachus ad Antinoum loquitur. νεμεσις Διοι ηεινεισεον εοσται. & paulo post velesisetai verbo vtitur pro eo q; est irasci: nec item multo interhallo νεμεσισεοi eius vice: quod est irascor: apte subiecit. preter hec Plutarchus Homero & Aristotelī nixus νεμεσιν appellauit virtutem qua quis tristatur cum pratis bona preter meritorum erenit: q; rēadmodū ελεο: id est misericordia qua tristamus cum probis preter dignitatē accidunt mala. Demetrius scepsis nemesis dianā esse putauit. Plinius eam latintum non habere nomen existimatuit. alij pro accusatione: pro poena: pro cōtumelia posuerū: eadem & Rhamnusia ab attice pago regionis appellata si pausanię & alijs credimus: vt hinc etiam nō incommodo possit illud pharsalie declarari. & tumidis infesta colit que nūmina Khamnes. eam loco fortunę videtur usurpare Claudio. Antima chius claritus eandem adraſtiam que & nemesis esse putauit: ac vbi de nemesi canens dixit ει 9 τη νεμεσι non multo interhallo subdidit: ολοφειο κολειτ i. eandem quoq; adraſtiam qua & nemesis cum alij trū Nicostatus & Menander volvē: sed & nemesis stirpratam a loue fabule ferunt apud Cratem tragediarum scriptorem: apud Pausaniam: apud Hyginum. Sed vt arbitror ego ledam fortasse dederū intelligi: quandoquidē Firmianus in primo aduersus gentes quod & scripsim⁹ alias: ledam post mortem obtinuisse nemesis nōne affirmauit. vt mittā q; nemesi Romanū ad bellū profecturi sacrificabant: vt sileam que de ea cecirit Politiannus in sylua cui titulus māto. & que Thegetetus scriptor epigrammatō & alijs ne texere de nes mesi volumen videar Aristotelis oblitus: qui preter nemesim citat etiam αλοφειον ενεπολραγον αιπον γετον κατα ηνοιν: id est nō infectam causam secundum naturam. αισον autem οει δοον: id est semper existentem: ex parcis vero Atropo: preterito consignauit rēponi: q; m̄ que lont preterita sunt ατρπτο quasi dixeris intuertibilita. λοχον aptatit futuro κατεο presenti. hec Aristoteles decreuit. existimans unum deum omnium catulam ut diximus varias appellations ob ea que diximus varia consequitum: cuius etiam diuersa nomina patro supra retulerat inter que illa ετερεις φιλios ηνοις. a Luciano postmodum vt cetera omnia in timone derisa. Sed ratione eius partis que dicitur atropos & preterito tempore datut: tam ab

Orpheus.

Homerus.

Plutarchus.

Demetrius.
Scepsis.
Plinius.

Loc. Luonii.

Claudianus.
Antim. as. 1.0

Nicostatus.
Menander.
Crates.
Alij.
Firmianus.

Opio author.
Politiannus.
Thegetetus.

Lacianus.

SECUNDA LIBRI PARS

Loc' Orphel
Seneca.

Quo que de
p̄p̄is varia
sunt ita pos-
sunt ad ver-
tē vīcū p̄
reducit.

Fatū.

Adrastis.

Boetius.

Bessarion.

ip̄ re differat
facta a p̄uidē
tia.

Prima ratio

S. Thomas;

Confirmatio

Objectionis
tacere solutio
P. Arculus

Partes.

Augustinus

S. Thomas

Aristotele c̄q ab alijs: non ab re sicut erit considerasse eadem ratione dictū ab Orpheo q̄ tres ip̄sē parçē essent auētā p̄p̄os. Ceterum Seneca secundo lib̄o questionum naturalium: quod et in cōmentarijs nostroꝝ hymnoram diximus: putauit locum qui custos mundi esset: rector: & animus: dīcī posse naturam: fatum: prouidentiam. Sed omnium eorum que supra retulisse authorum dogmata ad consonantiam reduci possent: & proprius fieri veritati si quod in nostra theologia statutum est illis adderetur: hoc est: deo ip̄i cui varia nomina gentes imposuerū omnia esse curē: ad eamq; duo pertinere: primū rationē ordinis que prouidentia dicitur: & dispositio. secundū ordinis ipsius executionē: que gubernationis nomine significatur: hoc tēporariū esse illud eternū: ad que duo vniuersa de quibus actū est pauloante queant reduci: fatum itaq; vt non nihil explicemus: in rebus subcoelestib⁹ collokarunt antiqui philosophi: & noster Seuerinus fatum etiam voluit dispositionem esse rebus immobilibus īherentem: per quā prouidentia suis queq; neccit ordinib⁹. Alij fatum īmobilem proslus causarum seriem decreuerū: qui si ad deū retulissent Adrastis nomine potuissent id ip̄m declarare: nam vt id subest dīcīne prouidentię īmobile dīcī potest: non absoluta quidem & exacta necessitate: sed cōdictione: si deus id ipsum pr̄uidit atq; pr̄onidit: quare Boetius q̄p̄ fatum dixit mobile: illud tamen assertū ab exordijs īmobiliis prouidentię proficiſci: qua propter miratus sum cur Bessarion scripsiterit quid inter fatum & prouidentiā intēfit: non re sed ratiōe posse distingui: nam si fatum vt in rebus immobilibus est: atq; etiam uti mobilibus īest sumptum: idem nō esse videtur: ob differentiā rerum ipsarum in quibus recipi dīcītur: multo magis si prouidentię componatur ab ea dif̄ferre cernemus: quoniam ab ea proficiſci dīcītur: & q̄tasi prouidentię quidam esse: tis censetur: re autem non ratione tantum: effectus a causa secerit. Adde q̄ beatus Thomas q̄tē plurimū sequi Bessarion solet fatum a prouidentia nō ratiōe tantū: sed re ipsa distinxit: idq; maxime in primo cōmentariū in sententias cum fatum in re creata posuit: in deo prouidentiā: cuius effectus fatum existimat̄. Nec obest petri aureoli ratio qua conatus ostendere fatum ideo non esse effectum prouidentię: quoniam pr̄scientiē sit et habeatur effectus: nam prouidentia pr̄scientiam inclādit additq; illi applicationem ad op̄s ipsum & finem: quare prouidentię subest fatum vt eff̄ctus cause: effectus inquā qui vel vntus vel multiplex etiam dīcī potest: vntus si ad vnum principium ordo ille in rebus existens referatur: multiplex si habeat multarum q̄tē intercedent causarum consideratio: & multorū quoq; effectū qui ab illis serie dependeant. At quoniam a superiori causa fatum ducunt: & p̄ov. & partes: inde ducere potuissent: ne supersticiole quidē si fatū: vel pro natura: vel pro dei voluntate sumpliſſent: cui subest & tem̄pus & eius partes: nam pridem explosi sūt qui fatali coelestium retrutio- num circuitu cuncta foedabant: quibus longe p̄estat qui natram fatum appellarent: & qui illud ipsum in dei quoq; voluntate rettulerunt: qua propter Augustinus quinto de ciuitate dei libro sanxit: eū qui fati noie dei voluntatē vel potestatē appellarer: sententiam tenere debere linguam corrigere. Atq; hinc obiter etiam inter fatum & prouidentiam differentia summi posset Thomē aquinatis authoritate: qui voltū vt prouidentia & intellectus & voluntatem respiceret: cū fatum voluntati dūtaxat & potestati cōposuerit

DE PROVIDENTIA DEI.

Augustin⁹. nō intellectus: qui a voluntate distinguuntur: quodvis ob simplicissimā dei naturā quęcūq; in eo sunt: vnu cūm eius essentia & habeatur et sint. Sed & eoz quocq; sententia mille est manib⁹ explosa: qui fortunā putarū deū vel ea & casti omnia fieri: nā Plato nō solū et Aristoteles fortunā causā ex accidenti decreterū esse: sed & nostri quoq; theologi quibus etiā confusatū omnia fieri vel fortuna vel casū: id quod & a nobis iure factū probabitur: cū aut nihil sit quod dīmā protidēntiā effugiat: aqua & si semp̄ est atq; hinc aēlē factū sit nomen: eadēq; persecueret: tamen vnicuiq; stra distris bruntur: vnde nemesis nomē emerit. Dītērēsīq; promunī effectus quorum alij per se: alij ex accidenti: alij necessario: alij vt neoteris dīcītī contingentē evenient: vt dictū est et p̄cedente opere latius dicendū. quare qd' vni vel casū vel fortuna quādōc⁹ evenit: neutrō modo alteri potuit evenire: quod manifestū sit exemplo protrito in scholis theologor̄: de seruis ignorantib⁹ quid sibi sit occursum cū mīttūtur a domīno etiētū illis rei gnaro & scio quod em̄ casū illis aut fortuna contingit: domīno relatū tantū abest a casū: vt p̄eūsum etiā & p̄meditatū furerit. Indēq; solet prudētē elici quęcūq; hic agunt: qd̄ possunt ad dītērēsīs referri casas: & modo naturaliter: modo casū: modo fortuna: facta iure dīcī: prouidētiē tamē dei qd̄ nihil aut effugit aut effigere potest: si accepta referatū: nihil in ea vel casū vel fortune vel naturalis necessitatis reperiri: sed placiti & voluntatis dei: qui sua in finita bonitate libere p̄ducit: cōsensit: regit omnia: & que sui capacia sunt si nō obstiterint beat. hinc p̄destinatiōis & p̄scientiē dīmā negocīū emergit: cū em̄ felicitas rationalis nature p̄priā eius facultatē excedat: quādōq; in dei visione cōsūltit: ad ipsū illa deo cōsulente & p̄udente dīrigit. hac autē directio: hec p̄ductio transmissioq; nūcipātā nōstris p̄destinatio: que vñ existit in deo definitur ratio ordinis aliquot in salutē eternā: que ad modū & dei p̄udentia ratio est ordinis rerū in finē: hinc quoq; reprobatio quid sit apitur: cū ad p̄udentiā in vnitērē p̄tineat sinere vt res quępiā a fine deficit: hoc autē si referat ad homines reprobatio dīcit: quēadmodū illa eorum directio p̄destinatio dicebat. Addit autē p̄scientiē ipsi secundū considerationē nōstrā nōnihil: que ad modū p̄udentiē p̄udentia. Ceterum p̄destinatio causa est eius gratiē que in p̄senti vita cōcedit: & eius que illi responder gloriē in futura eternac̄ vita. nō tamē culpae causa vel est vel habetur reprobatio: sed & desūtutionis & penē que culpe ei respondet: quam rationalis natura libero incurrīt arbitrio. Itaq; quod attinet ad res que respiciuntur seu mātū ad obiecta: p̄destinatio & reprobatio sunt p̄udentiē partes: nam si p̄udentia est ratio ordinis rerū omniū in finē: p̄destinatio ratio ordinis aliquot in salutē que finis est: reprobatio permīssio vt aliqua decisio dāt ab ipso fine ipsaq; salute: sub p̄udentia: quādū p̄mitit ad res ordinatas: tam p̄destinatio qd̄ reprobatio cōcludit. Nec modo id ipm̄ tantū: quod p̄udentia significat: que ratio est ordinis rerū in finē: nō id tantū qd̄ p̄udentia & p̄scientia dant intelligere: quorū p̄udentia ad omnes p̄tinet: sicut & p̄notio et p̄cognitio: nam cognoscit omnia deus vnuco intuitu: p̄scientiam vero ad damnados nōnulli referunt: nō modo inquam hæc omnia: sed dīmā quoq; voluntatē tam p̄destinatio qd̄ reprobatio denotat: nam quēadmodū illa conferendē gratiē & gloriē voluntatē includit: nō fecit reprobatio voluntatē claudit p̄mittendi aliquē cadere in culpam &

Fōrtū
Plato.
Aristoteles.

Aēlē.
Nemesis.

P̄destinatio.

Reprobatio.

P̄udentia

Differētia in
ter p̄destina
tione & repro
bationē que
sunt p̄es p̄
udentes.

P̄udentia.

P̄notio.

Voluntas.

F

SECUNDA LIBRI PARS

Vocatio:

Gubernatio:

inferendę pro culpa damnationis, executio vero predestinationis ipsis ap-
pellatur vocatio: que ut actus intelligitur in deo est: ut passus in ihs qui p-
dicitur: quēadmodū & executio prōvidentie que gubernatio dicitur &
in deo est gubernante: si actus spectemus gubernationē: & in ihs etiā quae
gubernantur esse fatemur: si eadem ipsa ut aiunt passus consideretur. Que
res si prīcis illis gentiū philosophis: quos citatim animaduerſa fr̄ſſet: q
propius adcesserunt veritati illam incepti fuissent: quia ab ea longius aber-
rarent: illi propinquius accesserint.

Quod vulgas illiteratorum in consideranda prōvidentia dei
frequenter allucinatur: & quomodo, item quo pacto: non diffi-
cultur possit illuminari.

Cap.xv.

Sed quoniam vulgas ineruditum: minime capax carum quas
in medium attulimus rationū: minimeq; gnarus quid ea signifi-
cent de quibus egimus: a philosophis theologisq; disputata: vñ
prōvidentiam negat: vel eam quoquomodo tribuit secūdis car-
sis: quas non excludi diximus a divina prōvidentia. Euenit propterea fr̄
quenter: ut cum aliquid fieri vel vident vel audirent: si notum id sit: nihil
prosunt de prōvidentia considerent: non secus ac bellue facerent: que modo
compones fiant voti: nihil ultra rimantur: nil de causis a quibus illa profun-
dit solite vlo modo sunt. Si vero frequenter id evenire soleat: acutum id
ipsum: in causis referunt peculiares. verbi causa cum sterilitas anni eos affli-
xerit: cum annonae caritate laborauerint: culpam reſſicunt vel in bella quae
precesserunt: quibus agri culti non fuerint: vel in siccitatem que messe ad-
uferit: vel in elutioinem qua segetes emarcuerint. Nil ultra mentis acie trā
gressi: nil causē bellorum noscēdē cupidi ignorantisq; quo referenda sit
elutio: & in quod veluti principium aut causam: vredo & siccitas recurren-
do procumbat. Cum tamen adeo stupidi non deberent esse: quin vel ex se
ipsis exploratum haberent: vel pro comperto summerent aliorum testimo-
nio: nihil fieri sine causa: nec minus vredinis: elutiois: & bellorum causam
aliquam esse oportere: q; illa ipsa vel eorum aliud sterilitatis causam dici.
At si quicq; accidit vel rarissime vel preter merita: id totum vel instabili va-
neg; fortunę: vel certo necessarioq; fato referunt acceptum: non magis mul-
to gnari quid fortuna: quid fatus: q; quis lydie terminus: q; quid intelle-
xerit Pythagoras cum iturabat per τερποτύν. paci tamen quibus inest
quandoq; probitas loco discipline: in detum referenda omnia censem
ad cuius consilia & si non penetrant vti probitate simul & doctrina poti-
tis penetrare dattum est: omnia tamen caste ab eo fieri: iuste mundum regi
gubernariq; & credunt & predican. Verum enim rero possent & illi ra-
tionis lumine congenito pellere tenebras & ad dītinū lumen hatriendum
preparari: cum vident vel tenuia quædama īdicia in rebus īmī dītinę pro-
videntie. Nam vt mittam coelorum ordinem statum: cursus & recursus sy-
derum: rerum: q; presensiones futurarum: & alia quibus Cicero dum alibi
rum in secundo vītrī libro de natura deorum: sub. Q.L. balbi persona. vt
item sileam q; Seneca multis in locis: & presertim in libro de mundi guber-
natione: & Lactantius cū alibi tum in libro de opificio & ira dei perstrade-
ri prōvidentiam posse putatit. vt prēteream quoq; Aristotelis testimonia
& efficaciores Augustini & posteriorum rationes theologorum: qui in alie-

Erros vul-
gi.

Lydie termini
mus.
Quaternitas
pythagore.

Quomodo ca-
reſſari quas
aut.

Ciceron.

Seneca.
Lactantius.
Aristotelis.
Augustinus.

DE PROVIDENTIA DEI.

renda prudētia ipsi philosophis fuerūt: ut gr̄ce. dixerim: φιλοσοφοί τεροι.
hanc em̄ capax rerū earū est vulgus: ut inquā missa faciā hęc omnia: Certe
si se ipsos cōsiderarent: cū rerū propriarū curā gerūt: cum natos filios ma-
gna educant diligentia: cū p̄spiciunt p̄p̄mis cōmodis: edificant: serunt: m̄-
tunt: grana colligunt: & reponunt in horrea: famis & hiemis memores: faci-
le fieret: ut rerū conditori haic ipsam prudētiā & curā: excellētit̄ tamē
tribui vellent: idq̄ facilis: si in formica curā cōdendi horrei nō deesse animi
aduerterent. Si omni deniq̄ animantū generi alendorū curā filiorū conge-
nitā p̄spicerent: quę omnia illis ipsiis a deo cōcessa: monent omniū mentes
ut in op̄cē omniū: omniūq̄ rectore eminentissime referant.

Plato.
Aristoteles.

Quod ex vulgo erudit orum alijs prudētiā negant: alijs eam v̄
minime: vel male considerant: & quare id fiat: et quo pacto possent ab
errore facile retocari.

Capi.xvi.

Tu quia nō nulli qui operā litteris nattant: dei prudētiā vel ridēt
vel abnunt: ijs ip̄is etiā ope pretiū est cōsulere: mō renunciare fal-
so dogmati nō deginētur. Solent eiusmodi homines vel ex eoq̄
esse numero q̄ libērer adolātur principibus quibusdā viris: q̄ ita
hostes sunt prudētiē sicuti & iusticie: q̄tra vel in hac vita vel in alia dare lice-
lerū poenas nollent: vel ex ijs sibi ipsiis hac falsa opinione cōstulere putant: si
in animo firmauerint care homines nō esse deo: quo magis possint libere:
& tanq̄ impune vitijs oblectari: ppter eaq̄ cū tres vel quattuor dūtaxat pa-
ginas Aristo. Averro. legerint: sciolī omnino videri volunt: & q̄ne illi do-
gmata de dei intelligētiā statuere. in duodecimo prime philosophiē lib. cō-
festim adeunt: nec ea recte p̄cipiētes: maximis erroribus alios intoluūt: id p̄
iudicatū habētes: voluisse Aristotelē quod illi malunt. Sed em̄ tanta est ve-
ritatis vis: vt q̄ obstinate delinquere volunt: & si dei prudētiā verbis quarti
doḡ negāt: mente tamē serpentimero cōfiteant: tū si illā admittere nolunt:
vel q̄ eius capaces nō sunt maxima ingenij tarditate: vel q̄ supbia tumidi
secretū aliquid' dogma sectari volunt nec cōtentire cū bonis: ab animi tamē
penetalibus excitare nequeūt cōscientiā scelertim: cū angor: cruciatus: et
morsus: omni serpentū dente trucidētor. Deberet em̄ cū eis maxime vexan-
tar repetere dogmata Aristo. q̄ne alio se mō p̄sentarent intellectui: q̄nā pri-
us: cum nō ita eos vrgebat acutus ille: hominū animis maximo dei benefi-
cio cōgenitus. Sicut em̄ ex obstinatiōe volūtatis: intellectus nō adeo limpi
de p̄cipit vere: qd' alioq̄ p̄cipieret: nō secis p̄ saltiberrimū illud animi vul-
nus: morsū cōsciētiē derelictum: vel extirpata: v̄l diffracta iam sepe malitię
& obstinatiōis. insinuat se illi & ingredit lumē: quo verū exq̄site cognos-
scit. Tūq̄ si Aristo. liber ille sumeret in manib⁹ & eius verba examinaren-
tur: iudicaret id arbitror vere esse qd' Thomas scribit in tertio cōtra gentes.
Dum em̄ errore eorū q̄ prudētiā dei se ad vsc̄ singulāria p̄tendere nega-
ret rōnibus p̄stratū ostēderet: hęc verba subiecit. q̄nā quidē opinionē Aris-
totele. imponunt. licet ex verbis eius haberi nō possit: q̄nā sententiā et in pri-
mo quoq̄ cōmetario in sententiā postuerat. et illud quoq̄ arbitror iudica
rē vere esse: qd' supra ex Aristo. ipsius et Averro. testimonio citavimus: in
eos ipsos q̄ fauere philosophos illos sibi ī negāda. prudētiā putauerāt. Qui
vero nō īā negāt sed vel nō cōsiderāt: vel cōnitēdo suspiciūt prudētiā: alijs
effectus referūt naturā dūtaxat inferiore: & solam p̄ximas appellāt causas.

duo falso noi-
nis erudit̄ p̄-
genera q̄ p̄-
udentia ab-
nuunt.

Quod queant
facile respiri
scire:

Notas.

T. Thomas

Alia q̄ttmor
materiale era-
dicto: una ges-
uera.

F. ij

SECVND A LIBRI PARS

Pri⁹ a gen⁹

Secundum

Tercium.

Quartum.

Illorū omnia
eis correc̄io

Quo paco
primū gen⁹
liberari posse
ab errore.

Quo paco
scindum.

Lib. de R. p.
noz.
Lib. Io. Pico
cōt. astro.

Quo paco
terculum.

Galenus.

quod plurimū peccant peripatetici minuti; quibus nihil recipitur q̄rēd longius recessit a sensu. Alij eoz effectū authore precipue faciunt cœlū; quo errore peripatetici paulo eruditiores; sed longe magis ducuntur dñctantes astrologi; & qui omnia fieri necessario mentiunt; q̄ si ad hominis corpus pertinuerint euentus illi; ad corporis temperaturā consurgunt in edici; qui causas humano prestantiores corpore non cognoverunt. Si vero ad animalia spectarint; ad humānā alijs se conferunt industria; qui machinamentis ingeniū; qui astu & versipelli vultu; nihil non posse fieri cōminiscuntur. Verum enim tero nō minus hominē qui versatur in litteris; de leet. v. iā dñctataxat afferre semper interrogant proximā causam; ac eos ineruditos quos citauimus supra; vel nullam; vel fortunā; cum sepe numero earum aliqua ita paſteant sensuit; vt rudi & eruditio vulgo eque percipiantur; & aliquę ex eorū numero sint; quibus nō facile; at falem non certum responsum dari possit. Q̄ id sit vt in illis alumni litteratum derideatur doctrina; qui quicq̄ hinc preter id quod norunt omnes; promere nequeat ex penu philosophie; in istis dñctataxat ignoratio culpetur; si nullam dixerint causam; incōsideratio si fortunam; quā & sine culpa ducere in mediū poterint; si ei uti proximae causæ ea solum accepta rettulerint; quæ certo & spectato principio nō derivantur; sed insperato; & vt dici solet ex accidenti. Ad rectam vero duci nō difſiciliter huiusmodi errores possent; si causarum origo in considerationē ascisceretur. Nam vt de peripateticis loquantur cum herbam vident & plantam & eq̄um; eorumq̄ rimari causam voluerint; non firmare animū debent in semine; non in ea herba att planta cui decidit semen; nō in equo qui sumum excitatus naturę stimulo semen effuderit ad generandū; sed in aeris tempore quo promendeſ ſoboli vacant animantia; sed in cœlum quod eō est causa temporis; ex propinquitate ſolis; cuius radijs aer afficitur; eiq̄ planetæ obliquo in circulo delati generatio potissimum datur ab Ariftō. cuius dogma est non ex homine tātum generari hominē; sed ex homine & ſole. At hic nullo pacto ſiſtendus animus; non ſolum hominis cauſa; cuius anima creatur a ſolo deo; non deriuatur a ſolem; nam illa globo eis longe preſtantior est; & incorporea proſsus & imortalis; ſed quoniā vires quae generatio ni ministrant a ſole; menti a qua motus ſolis depēdet; eodē Ariftō. Authore longe decentius tribui debent; & ei demū accepte referri; cuius gratia ipſa mouet orbē & rotat in Gyrum. Astrologos vero qui nihil vident in cauſis preter cœlū agnoscere; q̄q̄ corz aliqui ſuſpicere altius conantur; nihil attinet ad preſens cōmonere; quoniā in quinto de rerum prenotione libro eos rū taxatim errores; a Io. Pico patruo diodecim libris antea conſutatos; qui vero neceſſitatis opinione delirant; paulo poſt renocabuntur ad rectam Medicis autem vbi sanitatis & egritudinis cauſas in humano corpore deprehenderint; bene actum ad curam quā profitentur; ſi vero altius recurrere voluerint; eisdem qui peripateticos decent gradibus ascendentem; vbi vero quasi a latere; deriuare & mores hominū & euēta voluerint; ex htmorū ſcis licet varia mixtione atq̄ temperie; facillime falluntur; quoniā prepondere rare illi non animaduertunt liberam voluntatem; nec conſiderat mores hominū ita de corporeis qualitatibus non poſſe pendere; ſicuti nec de cœli afflati poſſe deriuari. quod latius declarauit quinto de prenotione libro; cuius paulo antememini; nobisq̄ haç in parte Galenus adiūcipulatur in ſe-

DE PROVIDENTIA DEI

cando parte artis libro: docens initia quedam propensionesq; vel ire: vel libidinis: quibus ortu a corporis temperatura facit: mores nō esse eos de qui bus philosophi differant. Qui vero voluntati ipsi & industrie voluntates pra referri quecunq; inter homines etenent: minus desipiant: non tamen ab errore pro rursus immunes: quandoquidem multa preter voluntatem: mala preter industria videm⁹ accidere: et capi se penumero versipelles & astutos homines: in eis ipsis quas tetendunt pedicis. Ita diuina prouidentia ex gente: ne quisq; in propria prudentia confidat: ne mites: & qui ab astu & dolis abhorrent: puritate mentis abacta: sceleribus se dedant: si omnia ijs q; bilingues duplicitq; animo sunt: prospere cedere deprhenderint. Sic & in fortuitis rebus. quemadmodum in statis & constantibus faciēdum est illis: si sapere volunt: nec fugiendum ad hominem: quoniam preter eius intentiōnem etenent. Nec coelum appellandum: a quo minime fortuna pendet. Nec sistentum in fortuito plurium causarum concursu: sed animo consenserendum: quoniam quod in imo tribuitur fortunę: potest sublimi tribui consilio beatę mentis: quę diuinę voluntati prouidentięq; famuletur.

Quo pacto
quartum.

Dicas colligi male philosophantium opiniones: non minus inter se: cum prouidentia pugnantes: alteram causarum omnium ordinis necessarij. Alteram ipsarum causarum concursus temerarij.

Capi. xvij.

GX ijs quę supra narravit: tam rudi⁹ q; erudit⁹ vulgi alienis a veritate sententijs: duę colligi possunt: & inter se & cum prouidentia pugnantes: quibus constitutis accuratis insistendū videtur: quoniam eis preberi solet occasio maxima ineruditis & pratis hominibus oblatādi. Sed sane illis ipsis maior multo pr̄bebitur: r̄ occasio: afferendę prouidentię bonis & eruditis: quod palam faciemus eas opiniones etate recensentes: & seorsum refellentes. Quicunq; pessime de prouidentia sentiunt: aut illis hoc ipsum persuadetur falsa fati & necessitatis opinione: qua nihil non fieri necessario putant: ex quo tolli causam & fortunam. tolli penitus humani libertatem arbitrij cōminiscuntur. Aut contra nil ordinis in vniuerso statim & firmi cogitant esse: nullam primam causam recipiunt: sed cuncta labi temere putant: cuncta casu retrouant: eiq; liberam voluntatem nostram subiacere. Nec solum posteriorib; se calis peccatur: sed antiquitus fuere indocti nonnulli: & qui putarint regi omnia fato: quod fere in omnium labiis personabat: & eriam qui dubitarint rector ne haberetur illus vniuersi. Vnde apud Athenagoram christi anū philosophū (cuius & in libris de prænotione rerum: & in nostrorum interpretamentis hymnorum meminimus) in legatione ad Marcom & Comodum cęsares: græcus ille introducitor in hunc modum πολλοὶ καὶ οἱ

προ μὲν αὐτὸν διηλεῖ φροντίς: εἴ τε τυχαί εἴ τε δοίουν τα βιοτὰ κραίνεται. Quā

Sententia ut ego puto immittitus est Claudio canens.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem:

Curarent superi terras: & quę sequuntur. At em̄ primę opinionis vel authoribus vel defensorib; vel utriscq; visum est omnia fieri fato. fato inquit non quod natura ut multis placuisse significat: non quod dei voluntate indicat: ut plerisq; cōstituit: non quod ordinē causarum a cœlo pēcētū notat: ut astrologi cō-

Athenagor
ras p̄bus
cōsuli.

Lorenz Clau
diani.

Fundamēta
primę opiniō
nis.

F ij

SECVNDA LIBRI PARS

tendere solēt: qui & fortuita quoq; & humana inde negotia suspendūt: sed quō dicit oībus in rehi necessitatē: si om̄es simul causas consideremus. & qm̄ multa nouim̄ ex naturē opib; impediri: multa experimur, p; priō fieri arbitrio: illi vt hēc ipa tollant: n̄ agant in operib; naturē: que cōsilio non agunt: si qd̄ spectamus impedimēti: id totū securū fuisse necelario, quoniā a naturali causa, p; cesserit: que suprēme naturē quā cælū esse cotendunt tādē referri debeat accepta. In h̄s vero que electione statuimis: necessitatē eo fabulantur inferri: qd̄ nihil illa prorsus eligat: quod ratio non p̄jet dicarit: quare nostra id in facultate nō esse. Eis vero qui secundā int̄ixerit opinōē, ideo cōuenit temere omnia fieri: vel qd̄ nulla sit causa qua mundus regatur & ga- bernetur: vel qd̄ retro procedenti & primā p̄scrutanti nō detur inquā. vli- mo quiescat animus, quoniā antecedentes causē semp inueniant: quare qd̄ qd̄ etenit: temere id accidere atq; fortuna, fortuna inquā nō quā Aristo. secreteuit a casū: sed q̄ta omnia labant temere: & ordine nullo volant & re- trahuntur. Conanturq; secundo sc̄mpto insistere idq; mathematica simili- tudine deducere: si em̄ inquānt diuidatur continua quātitas: in infinitum protenditur diuisio: si proportionē geometrica partes dissecētur: quare nō seca posse de causis statui quib; effectus promittur vt retro cedendo, s. in ueniri finis ear̄ nequeat. Rursumq; aiūt: si quātitas discreta summat: in ea nullus est finis: haud aliter contendūt in causis posse decerni. Atq; vt natu- ralis philosophiq; nō nihil degustasse videantur: eternā rerum generationē cōminiscuntur: quare infinitas esse causas que generat: nec earum finē ani- mo capi posse. Ad stipulari huic causar̄ incertitudini: varietatem omnifariā que in sublunari mūdo spectatur, hinc plurima p̄ter ordinem causarum consuetum fieri. multa p̄ter rationem & meritum etiam impune cōmitti hinc bella a timidissimo & inconsulto imperatore quandoq; prospere cōfia- ci: contra peritissimum ducem succumbere & manu pauciore & imbecillio- re prosterni, hinc itē probos doctos integerimos egere: pelli: trucidari: igna- ros: celestos: nequissimos: dūtūtū affluiere: ittūtū atq; defendi. Hinc inno- centissimum virū: alieni nihil appetentē hostilibus gladijs in frusta secarī: crū delissimum tyrannum latronem & siccarium humani sanguinis sitibundū sicca morte decedere: & proprio in cubiculo: in corona filiorum & amiorū spiritum exhalarē: quo inquānt fieri: vt exulet prouidentia: casus & fortuna dominetur.

Prima opinio de omniū causarū necessitate repellitur & eis-
telleuntur fundamenta.

Cap. xvij.

Am narrānū vanas & iter se aduersas opinōēs: eore qd̄ dei
p̄uidētā solēt abn̄tere: et qd̄ etiā cōsuetuerit argutētis mo-
tūti subsignātū. Nūc & opinōēs ipas refellere: & eorum
subiecte fundamēta op̄epretūt̄ est. Fallunt̄ vero an oīa pris-
mi. nā si causē sc̄dē mētio fiat: pōt ex ea vel semp euēt̄ seq.
vel freqn̄ter vel raro: & qd̄ dicit ex accidēt̄: vñ necessariū co-
tingēt atq; fortuitū emergit. Itaq; cū semp & necessario in opib; naturē
fieri quicq; affirmāt: longe desipiūt: qm̄ enētū duci alio & impediri pos-
sunt. vel vitio repugnātis materiē: vel agentis causē minus potentis quā vt
par sit: vt mittā considerationē alterius intercidētis causā potētioris. nam
quod aiunt si naturē impeditur opus: in causam naturalē que agat necē-

Fundamēta
secundā opinōē
mīo.

Cōfirmatio
prima.

Secundā.

Tertia.

Quarta.

DE PROVIDENTIA DEI

sario referri debere impedimentū: falsum apparet: potest enim id a casu & fortuna quae naturales sūt causē: nec tamē agunt necessario: potest a diuina voluntate manasse: quae libere omnia cōdidit & cōseruat. cū item inquit in impedimentū quod protenit a causa naturali: puenire a cōcelo quod agit necessaria: pari falsitate labat: quoniam casus & fortuna nec necessariē sunt cause: nec in cōcelū q̄ se relate: quae s. cause naturales sīnt. nā quod vñ per se non est: in naturā vñ per se nequit referri: quae tendat ad vñ. sed quod casu & fortuna dicimus fieri: vñ per se nō est: sed ex accidenti: quandoquidē plures ad id patrandū causē concurrant. igitur nō potest id ipsum attribui cōcelo: vt potest cause naturali quae ad vñ tendit: quēadmodū & cetera quae nō operantur intellectu & consilio: sed natura. Et prēterea quae dicitur impedisse causā naturalis: potuit & ab illo impediendo cū agebat quodam alio impedimento remoteri: quo fieret vt nulla necessitas inueheretur. Quod si dixerint impedimentū illud quocunq; tandem ponatur esse naturale: atq; ob id necessario: quēadmodū & naturaliter: aut impediūt aut nō impediūt quoniam causarū series est necessaria. Retinici omnino possunt eis ipsis quibus in questione simili vñstis est. lo. Picus patruus agens aduersus astrologos. Nā q̄ aut mundū eternū fatebuntur: aut a deo libere conditū vt ipsi credim⁹ quod malint accipiant: & tolletur necessitas. si primū responderint dicā res currere eos retro oportere ex contingente causa in contingente: inter quas sic accidentalis ordo: nec vnam causam necessariam & natrūalem & coelestem intenturos: quae omnibus inferat necessitatem: contingentes quippe afferā sub ea causa multiplices effectus: quos ipsi necessarios autumatis: idq; p̄abilitus videtur: quoniam & repugnacia materie: & inferiorū concursus causarum: coelestis actionis opera frustrari sēpentumero conspicim⁹: quare nō inde pendent illa necessario. Si vero secundū dixerint vñcētis: nam convenient illi remeando & percensendo causas: ad contingentem & liberā rerum institutionem: ex qua non inferetur: sed plane tolletur & abdicabitur necessitas: quae si rebus alijs non inerit: multo minus in nostra voluntate. Nam & si ordinem causarum & seriem a diuina voluntate deducamus: nō solum non facimus prejudicium nostrę voluntati: sed eitis etiam libertatem assertimus. Numeramur enim & summus ipsi inter has causas: nec patimur tantum: sed etiam agimus. Quare ex ipsa tertū serie confirmatur libertas: quae si tolletur & ea tolletur necessario quā contra nos iactant series & ordo causarum. Inde fit vt si a providentia dei hoc est ab eius mente omnia pre cognoscēt res deriuatātē nostras: vt deriuandē sunt: vtq; libere faciem⁹ eas: quoniam libere nos facturos deus ante prēuidit. Si a voluntate dei omnia disponente pariter eas deduxerint: libere pariter faciem⁹ eas: quoniam voluit nos esse liberos: & quae sunt in nobis libere p̄ducere. Quare si erit qd̄ deus prēuidit: quod deus absolute voluit: nostra voluntas erit libera: & nostra pariter opera quae de illa procedunt libera iudicabuntur: quoniam ita esse & prēuidit deus & voluit. huc spectare illud potest exemplū Averrois de arte principalī quae sub se alias contineat: qua de re actum supra: potest et illud nō difficulter adduci quod Plutarchus affirmat. id est post Homērū probatissimos philosophorum Platōnē Aristotelē & Theophrastū non omnia secundū fatum fieri decreuisse: sed in homine liberum quiddā & voluntarium reliquisse.

Responſio.

Confutatio.

Io. Picas.

Exemplum
Averrois.

Plutarchus

SECVNDA LIBRI PARS

Confutatio secundē opinionis de temerario causarum consueto cursu.

Cap. xix



Auctio.
Ratiocinatio
cōtra op. ad
vers.

Responso.

Confutatio.
Per se causa

Causa per se
duplex.

Ordo causarum scđm es-
sentiam.

Ordo causas
rum scđm ac-
cidens.

Causa scđm
accidens.

Causa p. alia
ud.

Tremistus

Estat ut secundā opinionē quę causarę asserit incertitudinē: & temere fieri omnia mentis explodamus; fallunt̄ ei⁹ authores multifariā: nec villo pacto q̄nt eis suffragari quę ip̄i molunt̄: qđ tū manifestū fiet cū ostēderim⁹ mundū ab aliqua gubernari causa: quę nō fide solū: sed ratione quoq̄ deprehendī possit inuestiganti. Itaq̄ si q̄nī nulla certa causa mun- dū gubernari cōtendūt. Interrogentur: vlla ne causa omnino aut eoꝝ menti aut sensu pateat, quęcūq̄ illa sit: si nullā dicāt: tā sunt amen- tes & exculcati vt pudor sit cū illis disputare: quādoquidē ipsi met norunt aliquarę actionū & operū se causam esse. Si aliquā respondeant: aut primā illā esse causam; quā assignauerint dicere illos oportet: aut eā ipsam alicui⁹ effectū causę fateri: quādoquidē nihil sui ipsius causa vel est vel habere. Si primā causam ferunt̄ cōtra se iōs sententiā: qui nullā esse certā causam af- firmauerāt. Si effectū dixerint: de illis causa percunctabimur: qua redditat eadē vtemur interrogatione: & si nō eodē ipsi voluerint vti responso: eadem absurdā dicent quę aduersus iōs deduximus. Si vero eodē vti voluerint: iter de causa interrogabimus: quoad dū necesse fuerit vna assignari primā atq̄ supremā. quod si forte dixerint in infinitū procedi in multitudine va- rietateq̄ causarū: nec vllā haberī statā & firmā q̄nī mundū conseruet regat & administret: & causarū quę nobis cognitę sunt atq̄ perspectę causa & sit & habeatur: dubio procul refellent̄. Aut enim huiusmo. i. quęcūq̄ ille sint causę per se: aut secundū accidens dicentur esse: per se causam dicimus eam quę vi sua promit effectū: quēadmodū homo qui hominē generat: equus equū: ignis ignē: subditūdinit̄ aut huiusmo di per se causę: nam alię sunt quę deinceps se consequunt̄ & ordinant̄: vt neotericis dici solet effen- tialiter: ita qđ actio secundē causę tam ab actiōe primę dependeat: vt sine au- xilio actione & influxu prime secunda nō agat sed omnes simul: qđcūq̄ prima perfectius. quemadmodū accedit in hominē quę & sol generat & homo qui eius generatiōis causa nō haberet: nisi sol motueretur in orbē & genera- ret: hoc est corporeq̄ hominis actioni vigore elargiretur. Sunt alię quę non eodē ordine deritantur ab alijs: quemadmodū mens triaspia hominis & actio: ab alterius mente & actiōe nō pender: quod & de corporib⁹ etiam patet: nā quisq̄ generare potest defuncto patre: cuius generatione conce- ptus est & in latē editus. At ea quę secundū accidens appellatur causa: ea est quę p. se nō promit effectū: quare quicq̄ a causa secundū accidens iam dici- tur esse cū pendet ab eo quod coniungitur causę per se. quemadmodū ab Aristotele scribitur: quo peractio dicimus albū calefacere: qm̄ ei qui calefa- cit cōtigit albū esse: effe. t̄ us itē qui preter intentionē occurrat secundū acci- dens vocant̄: ita que casu & fortuna sicut appellatur ab Aristotele in secun- do libro physice auscultatiōis: & in octavo eius opis libro nuncupat̄ is effe- ctus ex accidenti: qui ab eo promittur quo remouent̄ impedimenta. Igitur si q̄tas voluerint causas assignare philosophastrī vt proutient̄ tollāt: aut eas quę p. se: aut quę per accidēs esse cōsentent̄ assignauerint necesse est. ne- c̄ enim alias est reperiri: nisi fortasse quispiam causam per aliud intexerit seūtiam ab ea quę est per accidens: quoniām legerit apud Themistū in-

DE PROVIDENTIA DEI:

quarto physicoz libro aliter capi ve: bū per aliud: q̄ verbtim per accidentis: Sed idē ille ab eodem philosopho discere poterat: eo loci nō dispesci ea: nisi quāmodo species a genere. Ideoq; ab Aristotele alterū pro altero sumani & eodē libro paulo ante p̄ accidēs esse p̄ aliud affirmari: in primo vero p̄ s̄teriorū resolutoriorū libro: predicationē p̄ aliud atq; p̄ accidentis p̄miscte promi: & aduersus eam quę p̄ le vocā dirimi. quare si verbū per aliud affe- ratur: vel ei aduersum ex integro nō erit: quod p̄ accidēs appellatimus: sed uti species & genus: atq; ab Aristotele alterū p̄ altero sumetur: vel idē prorsus erit cū eo, nulloq; modo cōueniet cū illo. quod per se nūncipiatimus. Nec item verbū p̄ partē allaturū interpellationē arbitror: tūm q̄ Themis stio etiā authore & ei quod est p̄ accidentis quādōc; cōuenit. & sub eo qđ per aliud dicit̄ clatidi solet. Tūm q̄ ad totū statim referit: de quo restat quę rendū: an p̄ se an p̄ accidēs intelligat esse. Alterū igit̄ p̄ positę divisionis mē brum' capiant oportet. Itaq; si eas quibus ex accidēti nomē cōstitutū est suscepint causas: fateri illos oportet: vnam earū dari certā atq; constantē a qua dependeāt ceterę: si em̄ alicui nomē est causa per accidentis eo quod coniugitur cause p̄ se: vt içq; ipsam p̄ se causam prīus necesse est esse: alioquin ei nullo pacto illa posset adiungī: & si eo cognomine quicq; pollet quod p̄ ter intentionē agēt̄ eteniat: intentionē ipsam agēt̄ prestitui oportere manifestū est. Nec secus de eo qui remouet impedimentū & de illo quod ex accidenti nomenclaturā sortiri contingat decernendū est. quo sit vt quodcū q̄ p̄ accidēs appellef̄: ad id quod p̄ se est: redit̄ oporteat. quod si hoc ipm quod p̄ se dicimus accipe maluerint: multomagis cōstituti causa vna fuit necessariū. Si em̄ cause ille p̄ se quidē: sed non deinceps alicrūq; sub ordine censem̄untur: dari ab eis & concedi p̄ter ordinē illū accidentalē quicq; & aliud erit necessariū: quod illoz sit causa p̄ se. quare nec infinitudo causarum ex accidēti Oberit: quin vna sit p̄ se causa: cui⁹ virtute & potestate regatur mundus vniuersus: etiam si ille quę dicunt ex accidēti & numerosissime & infinite censerent̄. quāto facilius erit vna inteniri in eis quę deinceps sūr: & alijs alij eo subiciunt̄ & collocaunt̄ ordine: qui nūcupantur a neotericis es- fentialist̄: in quo nullo pacto p̄cederetur in infinitū. sed ad vna quę sit alios rum omniū causa necessario p̄ueniretar. Aut em̄ moti ille agent: aut moti semotę ab iunctęq; dicētur: si moti: nūnq; p̄fecto eius erit finis motus: quo nūa quod primo mouet ante mouet q̄ terciū moueat a secundo: & cū agentes cause: vt volant. sint infinite: nūnq; cessabit actio: & qđ est sequens nunq; terminū motus accipiet. Ceterū vel huiusmodi causarę quę nūcupantur infinite: aliqua pars ita mouet: vt nō moueat: quod si dixerint: perijt eorum opinio: cōcedentibus ipsis dari ex eo numero aliquas vnde ceterarū effluat motus: vel mouent quidē omnes: ita tamē vt suscipiat motū ad vnitū similitudinē: qui & moueat & moueat: quod si dixerint cōtinuo dari vnu q̄ nō moueat & moueat oportebit. Nā si motietur: potestate nō actu est: nūl autē ad actu ex potestate duci potest: nisi p̄ id quod actu est: vt voluit Aristoteles libro nono prime philosophie. Reputnat itē hēc opinio Aristoteleo dogmati & in tertio physice auscultationis: & in primo de coelo: quoniam si infinite agūt causa vna sub alia: infinite cōsequētur actiones: quod ille nullo pacto volvit admitti: q̄ si etiā seūctas a motu causas appellariint: ille idem author secūdē physice auscultatiois libro: adstipulant Anticēna in octavo pri-

Per aliud.

Per partem.

Tēmītū

Institū cons
futatiōj mult
tiplic.

Aristoteles.

Anticēna

G

SECVNDA LIBRI PARS

me philosophiæ negabit quicq; omnino puenire posse ex hoc ordine ut sp; dicunt essentiali causæ quæ sint infinite: nā si ultima, p mere nequeat effectū nisi mediæ & antecedentes pariter id promant: & hec pari ratiōe nequeat nisi primæ adiumento: illud sequet ut cū prima nō sit: alioquin infinite nō essent nullus omnino p ducatur effectus. Demū si ordine eo collocarent causæ: aut prima daret qd; ipsos negare oporteret: si perstare in dogmate velint: aut vna esse alia priorē fatebunt: quod si dixerint eo dē recident. vt primā consi teri: p priori dogmati cōtradicere cogant. id em̄ alio prius est Aristotele authorē in quinto primi philosophiæ qd; propinquitus est primo, in causis autem infinitis nulla est prima: ergo nulla prior illi proxim: nullaprior: ergo nullus est ordo quæ dicitis essentialiæ: in quo vna alia priorē esse necesse est. Quare conficit in huiusmodi causis: nullo pacto procedi ad infinitū: sed vna statu oportere primā: a qua om̄is serie dederant & pendeant.

Dissolutūr ratiōes secundūr opinionis iam cōfutatē. Item agitur contra aduersarios. Item operis Epilogus. Cap.xx.

CX ijs que diximus līquido cognoscit id qd; iactabat hostes veritatis: vel nullā esse causam qua regatur mūndus: vel prorsus incertā: falsum et explodendū esse. Nūc facile possunt ea quib; mouebant argumenta rescindi: ordo em̄ causarum om̄iū non idē est: nā alię semper: alię raro: alię frequēter suos promūt effectus: idq; a libera dei voluntate sortiūtūr: que vna est & certa om̄iū causa. quare nō est opus vt accidentaliæ causæ om̄iū ordinē cundēc; infinitū ias citent: sed nec statū dependentēc; & quæ dicunt essentialiæ cōminiscātur esse sine fine. Et sane quā attulerāt de quātitate cōtinua similitudo: nō quadrat: cū sectio fieri possit in qualibet parte: nec in ipso ordine. Multitudo quoq; numerorū eo dicit infinita: quod potestas inest illis vt semp augeantur additūs (vt inquit) vnitatibus. Actū autē non potestate sint illę cause oportet quas infinitas esse mentiebant: & ordine quæ vocat essentialiæ cōnecti. Nec etiā si generatio poneref eterna quicq; lucrarent: eorū em̄ qui generant hominū accidentalis ordo & esset & haberetur. Sed nec varietas eis suffragat euētū: nec ea quæ raro aut preter meritū etenire spectātur: eorū vanitati possunt adstipulari. nā varietas illa in deū primā causam: libere diuersas rerum species diuersorū bonitatis gradus, pducētē referri debet: vt supra late declara rauimus: eorū vero quæ preter meritū & fas contingere contēplatur hominū multitudo: multiplices possunt assignari causæ: que tamē vni omnes primæ atq; supreme, id est ipsius dei pridentie ferant accepē: nam & si pxime eos rūm causæ mentio fiat: tū vel fortunæ: si fortuna eo mō quo intellexit Aristoteles, sumattur: poterit effectus adscribi. vt fortissimus impator imperatoria virtute nō polleat. Nam & scribit septimo epistolarū libro Cicero ad Masiū de Pompeio: ex illo repose vir ille summus nullus impator fuit. Ceteras rūm poterit eodē quoq; illud referri: vt numeroſissimus exercitus sub fortissimo duce: avarita militū manu, cui presit imbellis impator: fundatur atq; fitgetur: possunt em̄ plerac; incidere que fruſtrēt cōſilium optimi im̄peratoris: atq; ob id a Iulio cēſare dictū existimō. fortunā cū in omni alia re: tū in bellis plurimū dominari: fortunā inquit nō deam: non naturā alia quā: sed ecentū preter intentionē: ex plurimū coagmentatione concurſūq; causarū: quod Aristoteles in physicis de fortuna differenti cōſonat: sed apertius

Prius quid.

Aristoteles.

Fundamen
torum sub
versio.

Solutio pme
cōfirmatiōis

Solutio sc̄e.

Solutio ter
tiæ.

Solutio quartæ
cōficiōis.

Aristoteles.

Cicerō de
Pompeio.

Lettus cōſar.

Aristoteles.

DE PROVIDENTIA DEL

multo cū de morib[us] ad Eudemū septimo libro dissereret, ibi eī de h[ab]itu fortuna de qua itidem in secundo magnorū moralitū disseruerat verba faciens affirmavit: vbi est ars ibi multū inesse fortunę subiciens illud oīcū
youthyix d kubēov̄tik̄ quāadmodū inquit in militari & nautica: potest etiā idē eventus quē appellarint fortuitū in superiorē mentem redigi: vnde nō solum apud prophetas legimus angelos p[re]sidentes nationibus: & apud Augu. postē causas fortuitas latentesq[ue] in quorūlibet spiritū voluntatē referri: sed in platonis & platonico[m] monumentis locales dīj citantur qui regnū: vrbib[us]: & hominib[us]: presint: & Proculo etiā vt retulimus placuit: potest statim demonice fortunā tribui: quin & apud Aristotelē non solū in quinto prime philosophie demoniorē mētio: quib[us] platonico[m] more quitterit ipse adscribere fortuita. Sed & in ihs que perierūt ipsiās authoris voluminibus locales qtoq[ue] dīj. si Isidoro antiquiori & Clemēti stam: accersunt, potest item in malū vel animi vel corporis affectū referri. quo prēter solitū vexatus impator nō sibi cōstet: nec eo dicitur ordine milites qto cōstuerit victoria parati: sed omnia faciat p[ro]postera omnia timide: potest etiā vel odio ei[us] cui pareat regis. vel auro: aut donis hostilibus: aut alia q[ua]ntiā de causa vincere nolle: que oia tamē vel iussi dei: vel p[ro]missi sunt: qui prudentiā illi abstulerit: vel ob propria eius: vel ob regis vel ob militū sclera: vel alia de causa: semp iusta: q[uod]q[ue] semp illius t[em]p[or]is iusticia nō pateat. Itaq[ue] nō secus in aduersis ac in p[ro]sp[er]is euērib[us] hominū est: vt & que fortuna: & que nature qualitate: & que libera electiōe: & que superiorū mentū ministerio sunt. ad prudentiā diuinā referant: cui pariter acceptū referri debet: cur probi q[ua]ntiā docq[ue] & eruditū algeat: ignari atq[ue] scelesti vehantur cōspicūtū: cōdemnerūt et trucidēt innocētes: sicarij atq[ue] latrones sine cōde mortiant. Illos em q[ui] beng agant & patiūt aduersa: vel vt eorū minima delicta purgantur: deus affigit in hac vita: vt nil restet impuri: quin statim admittant ad eam patriam in qua vt Iohannes ait nihil coinq[ui]natum introibit. aut si purgatione nō egent maiore certe premio nō egere nō possint: quo potius qui sanctissime innocentissimeq[ue] viventes: & quo animo aduersa pertulerint: & morte etiam oppetierint a tyrannis iustitia: vt hinc Plotino prorsus nō accedam: qui cū d[omi]nōbus librīs pleracō de prouidentia dissenseret: scripsit nihilominus patiūtē & morib[us] bonis viris nihil habere momentū: esse vero mazilis utilea: sed eis tamē sensum vel intelligere exactius vel interpretari possunt: vt p[er] illud nihil habere momentū: nil nocere: nil afferre noxiū p[re]cipiamus: vt ipse postea procedente opere subsignat: scribēs nec malo bonū accidere: nec bono contingere malū. Sed certe minus perfecte dissertat. nam affirmamus ipi ex incomodis aduersisq[ue] casib[us]: multos & cōmodos & p[ro]sp[er]os euētas percipi a viris bonis: & multa eis idcirco deū penniter elargiri. Contra vero tyrannis qui honorib[us] cumulari & d[omi]nitūs affluere preter meritū vident. Suntq[ue] quasi diuinę iusticię lictores in hac int[er]mida re publica. nō nihil mercedis imptit detis: vt si quicq[ue] boni fecerint premiu[m]: in hac vita posse deuant: in alia de facinoribus atq[ue] sceleribus apud lictores Demones: sup[er]p[licia] sempiterna daturi. quorū multi etiā priusq[ue] mortali vita decebat: ne ihs qui mentis octilos non habent: prudentię denegandae prebeatrū occasio poenas pendit: att imissa d[omi]nitūs pestilētia: aut bello: aut alia clade: Cui (& si potētores appareant) resistere nequeat: expectat aut pientissimus de-

G ij

Locus Arte
scotello. in se
p[ri]mo ad i[n]
demā.

Prophe[te].
Augustinus.

Proclos.

Aristoteles.

Id. antiquor.
Clementis.

Cur p[ro]bi offi
q[ue] patientur
aduersa in
p[re]b[us] p[ro]p[ri]a
consequant.

Iohannes apo
stolus.

Plotinus.

SECUNDA LIBRI PARS

Abraham.

us vcl vt eos imaniū scelerū poeniteat; vel vt ipsis sceleribus ad summū cōgregat illos atrocitus p̄nitiat in aliorū exemplū. Sic Abraham terrā p̄mis̄ hōnis ita ex re appellata se dixit tum nō daturū; qm̄ implet̄ nō lum̄ essent iniq̄uitates ammorrorū; quibus impletis; & terra illa ab ei^o posteris in po testatem recepta est; & habitatores atrocissime vexati p̄emptiq̄ fuerūt. Hie remias quoq̄ p̄pheta cū dixisset ad deum iustus quidē es domine si disp̄tem tecum; verum tamen iusta loquar ad te; quare via impiorum prosp̄etur; bene est omnibus qui p̄uaricantur & iniuste agunt; non multo post adiecit. Congrega eos quasi gregem ad victimam & sanctifica eos in die occisionis; & p̄ter hēc; hūiūmodi sententia mille de sacris litteris colligentur; quibus appareat cur p̄emantur probi. Cur subleventur improbi. Cur vt inquit Augustinus multa deus deneget propicius quē cōedat iratus; & vt semel dicatur vn̄ le se se p̄uidentia clarissime prorsus exsinguet. eluceatq̄ in omnibus humane vitę casib⁹ & euentis adeo vt & ad passeres & ad cas pillos h̄umanī capit̄is saluatoris Christi sententia p̄tendatur: nō solū ad maiora quē magis illi subiacere sup̄te natura videantur; quē quidē locum latē p̄secutus est is: c̄t̄is in primo cap̄ite mētio facta. Ioannes Chrysostom⁹. vt star giro vi demonis vexato sacrarum testimonijs litterarū suggesteret prouidētiā. Quē temporū decursū: si quē fiant in orbe diligenter perpendātur; bonis oculis manifestatur. Putoq̄ eius īdicia non parum multa me daturū in libris qui publica meorū tempore negocia continent; vbi non amplius philosophi atq̄ theologi defungētes munere disputare par est de p̄uidentia dei; sed quē acta sunt ētate mea historiē monumētis referre: quibus ipsa facile p̄uidentia cognoscet. Quē quidē s̄i nostris animis nō libenter qn̄q̄ recipitur; vt pote capientibus deū nō p̄ sua sapientia; sed p̄ nostra infirmitate; vel orbī vniuerso; vcl particularibus negocijs protulere; magna vtq̄ molestiam parit; ita vt qui diuinę protidētię leges dimiserunt egre in hanī vnam vel nolentes inciderunt. q̄ idcirco scilicet se ipsis excruciant nanc̄ vt Augustinus ait ad deum loquēs: iustisti domine & ita est vt om̄nis inordinatus animus sit poena sibi. quo ītem auctore dīdicimus eū qui est naturę creator optimus; iustissimū esse ordinatorem malorum voluntatum; quē cum bonis naturis vtantur male; ipsis ille q̄z̄ malis vt̄itur bene. Hēc autem & similia cām īgerimus philosophastris; contemnunt auctoritatēm; q̄z̄ responsa quibus vsl̄ sumis labefactare non possunt. q̄z̄ ratios quibus pro veritate bellamus dissoluere nequeant. Sed quid rogo genitiam auctoribus responsū sunt: nō Aristoreli solū & Averrois de quibus supra satis est actū: nō Platonis qui poenas etiā & p̄emia post mortē: diuinę retulit accepta protidētię; sed eius sectatoribus Plotinoq̄ p̄cipue: de quo sepe verba fecimus. Plotino inquā p̄ter alia decernenti in primo de p̄uidentia libro artificem rationē: malis postq̄ facta sunt: vt̄ opportune: maximeq̄ esse potestatis bene malis vti. vt Synesium raceam referentem in diuinam protidētiā aduersa: quē p̄ter merita contingunt: vt pote quibus nox̄ ad res caducas affectus extirpentur. & Senecam silēam qui fatalis ita dixerim; porticū habitator fuit; noltit em̄ adeo in delitijs haberī virū bonū: vt pote quem ille scilicet expeteret; duraret; & prepararet sibi. ita in lī bello de mundi gubernatione scriptum ab eo cōstat. In quo multa ad hāc sententiā concessit. Quid poetis antiquissimis & ijs quoq̄ auctorib⁹ qui

Elianas.

Augu. sentētia.

Christus saluator.

Io. Chrysostom⁹. Romā.

Antro. histōria.

Augu. sentētia.

Aristoteles. Anerrois. Platō.

Plotini. loc.

Synesius.

Seneca.

DE PROVIDENTIA DEI

vel fato vel fortunę supposuisse omnia videntur apud quos prouidentia nihil
omnium asserta legitimis. & parcis etiam & fortunę preposita. Accedat plus
tarchus qui docet ab Homero monstratum esse in Ulyssis naufragio fortus
ne prestasse prouidentiam: nam illoꝝ carminū gratia. *ενεργείᾳ τοῦ οὐρανοῦ πλοὸν καὶ τοῦ συνεπειῶν εἰς τὴν φρεσίσκην θεοὺς γάλαν κατέβη τοῖς θεοῖς τοῖς ξεροῖς επεργυματροῖς λαβεῖ πετρῆς.* scripsit hec verba. κίνδυνον τοῦ πονητοῦ απολεογούσεις καπρογούσεις εσθιειν. id est latine, periclitatus ex fortuna
perire. saltatus est ex prouidentia. Alter Seneca qui in edipi tragedia cecine
rat, fatis agitur cedite fatis, in troade postmodum scribit sub hecubē perso
na, quicunq[ue] regno fudit, & magna potens dominatur aula, nec letes metu
it deos, animisq[ue] rebus credulū letis dedit, me videat & te troia, ubi vel deo
rum opera vel fortunę ita em̄ leues deos intelligi posse nonnulli volunt̄ ruis
se Troiam putavit, quoꝝ vel vtrūq[ue] vel alterutru fati necessitat̄ aduersatur.
Si fatum nō dei voluntatē, sed necessariā catenā rerum intellexit. Accedat et
Iulius c̄esar cuius opinionē de fortunę dominio recitatimis, eū em̄ semel at
q[ue] iterū euentus humanos in dei rettulisse prouidentiam Oppius est author.
Quid: quod ipse met Cesar, anteī forte nasceretur Valerius ille, qui scripsit
divinā iram supplicij gravitate compensare tarditatē. scriptū reliquit in cō
mentarijs belli gallici: cōstresse deos imortales quo gratiis homines ex cō
mutatione rerū doleant. ijs secundiores interdū res & diuturniorē impenis
tatē cōcedere: q[ue] videtur Ad Aristotelis imitationē dicta. Sed h̄i ad poe
nam delinquentis, ille ad publicū eorum exemplū rettulit: ut supra iam pa
trit capite lecto prime partis. Musaeus item cōq[ue] poetę fatū & parcas & for
tunam concelebrant: & eis supponi quandoq[ue] humanā & vitam & mortē
videntur perniciosem tamē illum & ultimū Leandri natū, nō solū parcis
aut fato: fortunę ve: sed amori etiam tribuit: vt liberā volūtate a dominio
parcarū exereret. Vbi em̄ dixit bene actū fuisse: si Hero p̄cepisset Leandro
hiemis tempore: nec in die lucernā accendisset: adiecit ab amore & parca
vit allatam: vnde ait ἀλλα ποσος διατρέπει τοιούτοις in quo licet adiertere
primo fuisse amorē subnotatū: quoniā principiū rei erat electio, q[ue] pende
bat a voluntate: postea citatū parcam cui effectus solet acceptus referri: nec
multo interhallo scripsit ab amore parcas non potuisse cogi: tacite monens
vbi quis se se precipitauerit: eis postea nō esse vt eleuerit, sed id sequi quod
ille sciens & volens sibi peccaruit. Orpheus quoq[ue] amoribus & necessitat̄
dedit facta Medeę primoq[ue] amores in catifa fuisse voluit. *επειδὲ ίππον* inquit
επωτας, deinde subdidit *τοτυταναγκή*, sic & Plutarchus ex Homero de
ducit ei quod voluntariū est necessitatē adiungi *οταν τις προσαρνεται* *ο Βλατοι*
ειδος μη βλατοι επεση, quādo quis quod vult faciens: in id quod minis
me vult ceciderit. Vergilius quoq[ue] nō fatis dūtaxat: sed humanis etiam cri
minibus adscripsit poenas: vnde illud in sexto in persona Deiphobi. Sed me
fata mea & scelus exitiale Lacēnē. His mersere malis. Idē quoq[ue] fato nostrā
copulasse videtur in dustriā: atq[ue] subodorasse, precib[us] obtineri nō posse que
diuinis nō sint decreta, vnde illud in quinto:
Quod super est oro liceat dare tuta per undas:
Vela tibi: liceat laurentem attingere tybrim.

Si cōcessa peto: si dant ea moenia parce. Et in eodem antea. Da non inde
bita posco regna meis fatis latio cōsidere teucros. Et de autreo ramo in. vi.

G 11

Plutarchus.

Alter Seneca

Iulius c̄esar.

Oppius.
Valerius.

Aristoteles.

Loc⁹ Musei

Loc⁹ O:p̄bet

Plutarchus

Loc⁹ Vergilij.

SECUNDA LIBRI PARS

Faciliſq; ſequetur.

Si te fata vocant; aliter non viribus ullis.

Vincere: nec duro poteris contellere ferro;

Sententia
Grego.

Quæ quis paulo eruditior non aduertat: quādam eſſe velut adūnbratam
imagineſ eorum quæ ſacre littere decreuerant: a quib; illa poſtea ſunt traſ-
ſa Gregorij: obtineri nequaq; poſſe que predeſtinata non ſunt: ſed quæ
ſancti viři orando efficiunt ita eſſe predeſtinata: vt et ram precib; im-
peſtrentur. Omitto multa gentium teſtimoniū: quæ q̄uis nō explicuerint in-
dicar: int tamen: in hiſ que a noſtra voluntate depenſent: ſi delinquimus:
cauſarum nemini preter q̄ip; iſpi voluntati omnino imputādum: nec a diſ
expaſtandum quæ ab eadem iſpa fieri ſolent: ni ſe met ſuis quiaſi dixerim
manib; opaři accinxerit: vnde illud Catonis apud Salutūm: agendo be-
ne conſulendo proſpere omnia cedunt: vbi ſecordiæ te atq; ignauiae tradic-
deris: ne qui cōq; deos implores: irati infestiq; ſunt. Quibus omnibus conſtat
non poſtremas modo rationes: quibus philoſophaſtri contra veritatem:
veluti copijs auxiliaribus rediintegrare p̄lūm curauerāt: fuſile multifaria
diſſipatas. Sed etiam ex ijs authorib; quos iſpi libentius q̄ip; noſtra cōples
cūntur petita multa: quæ & eorum: quæ iam conſutata ſunt peruersis do-
gmatiſ aduerſent: & noſtra cōmuñat veluti coronide hostili bellādo parta:
Hec habui. D. Grymāne Card. & patriarcha doctiſſime: quæ de puidēcia
diuīna diſſererem: plura fortaſſe reponerem: ſi & oculum animo & quies da-
retur corpori: ſi ampliſſimæ quoq; tuæ bibliothecaē copia mihi patruſſet.
Cui poſtq; eius quæ lo. Pici patruſ mei fuerat: ab Anthonio itidem pa-
truo cui teſtamento obuenerat. iſpi tibi: me fateor non conſulto: quiſ eīn
eam ſibi iure non malit: vendite: facta eſt acceſſio: & numerus in dies ait-
ctus ex omniſ generiſ voluminib; que tibi magna cura ſumptuq; con-
quiſiſ: facile continget ut eam que ſunandij aut Ptolemei fuerat poſterni
tus deſiderent. Arbitror tamen quādo tanta eſt iuſtæ cauſæ potentia: me
iſ ſolum copijs hoſtes perterrefactos: hoc eſt mea quantilaſuq; ſit: nō ta-
men ære paruo diligentiac; medio cri parata bibliotheca: moſtratiū a me
iutante deo non relinqui anſam male philoſophantibus: diuīnam protide-
tiā calumniandi. Sed occaſiōne dari ut amplius in tam eximio lucis ful-
gore nō cōniueant: potius autē eīco ψυχē ouueri. ut Aristo: iſpiſus verbis
ad Alexandruſ utar: & aſpiciant illam: & totis viribus amplectantur. quā
probatiuſ totuſ libri decuſtu: non modo ſincere p̄dicitam ab unicā et
vera Christi fide: ſed in cōmuñi ab omnium gentium voce quoquomođo
narratam: a poetis viciuq; decantatam: a philoſophis Platone Plotino
Aristo. Auerroe q̄um ijs cōcessum que nec Moseos uimbraculis recti: nec
ſole iuſticiae purgati oculos: aſſertam: ac validiſſimis demū rationib; que
philoſophorum preſtant teſtimonijs apertiſſime comprobataſ.

FINIS AD DEI
GLORIAM.

Salutius.

Epiſtola.

Ariſtotelis.

HERMOLAVS BARBARVS PONTIFEX VERO
 NENSIS: SVO ANTHONIO DONATO
 CANODASINO PRESTANTI CAV.
 SIDICO FELICITATEM
 ET PACEM.



VM IN SACRA EDE NOSTRA: AD
 audiendū Xenophōtem philēphum; doctū quidē
 virūm; magna clarorū virorum copia contenisse
 m̄tis; & nōnulli proposuissent grates & dignas ma-
 terias. Motisti Donatē charissime q̄estūnūculam
 quandam: mea quidē sententia: non ab iūciendā sed
 amplexandā potius: atq; ex ipsiis ut ita dicam theo-
 logiē medullis extuccandā: pecūsticq; ut super ea re lit-
 teras ad me dictaret Xenophon ipse: illam em̄ fuisse
 huiusmodi arbitror. Quare est: q; q̄tū corpus simul
 cum anima operetur: si eque ad virtutem iusticiamq; operetur: nō pari pos-
 sit gloria aut dignitate perfūri: q̄tū illud soleat evenire: q; si quid vna des-
 mertuerint aut deliquerint: aut turpiter fecerint: pari supplicio ac cruciatu:
 & fortasse ampliori q̄ anima: corpus plerumq; torqueatur: quēadmodum
 fuisse de luda scribitur. Quod quidem q̄tū mecum cogitarem: quid nam
 cause esset. Videreturq; tum patrum admiratione dignum: illud mihi pō,
 tissimum quod a lob scribitur venit in mentem. Memento queso: q; licet
 lutum feceris me: & in puluerem reduces me. Sapientissima quidem atq;
 huius rei aptissima sententia. Nam q̄tū homo ex anima & corpore constet:
 quorum altera immortalis est & corruptibilis. Alterum vero corruptibile
 & mortale: quanto prestantior pars illa ac excellentior est: ceteris celestis ac di-
 uina est origo: quā illa q̄ue ex putredine & collituione humana est concre-
 ta: tāto minus mirandū videtur: si eius dignitas & gloria: ceteris rebus mor-
 talibus: longe prestare videatur. Necq; etiā videtur corpus ipsum: posse tan-
 tum yllo modo laudis & glorie promererit: q̄tū id quidem per se in mobi-
 le est: necq; potest q̄uicq; cum virtute agere: nisi ducente ac iubente anima.
 Anima igitur est: q̄ue operationis illius principiū est & caput: q̄ue cor-
 pus mouet ad operandum: quinimr. o potius: q̄ue illud q̄asi coactum &
 initium ad se trahit. Et quemadmodum omnis illi motus: omnis impetus:
 omnes electiones ac consilia: q̄ue sunt ad virtutem: propria ipsius animi ex-
 istont: ceteris est appetitus & ratio & intellectus. Sic etiam necesse est: vt laus
 maior: atq; ipsius laudis merces amplior animē debeatur q̄ corpori: quod
 a natura sūi: potius animam ab operatione virtutis distrahit: ac amouet: q̄
 perstradeat aut provocet. Præterea satis etiam corpori videtur: q; aliquādo
 dissoluitur: nature ipsius iure ac ratione. Nam si omnium creatorum re-
 sum natura est: vt aliquando pertuenientem sit vnicuiq; ad eius finem. vñ
 ipsius erit sunt principia: atq; q̄tū ad id pertuererit: videtur ibi quodā mo-
 do letari ac conquiescere. Veluti si quid grāte est: q̄tū pertuererit ad conti-
 sum: ibi nimirū videtur tanq; in suo domicilio: quietem esse ac pacem

G iij

Prima ratio
 q; corpū nō
 sit tantū dī-
 gitatio q̄tē
 est omnia et
 ppterē non
 debeat rātus
 mereri.

Q; corpū nō
 posse tantū
 mereri que-
 tum anima.

Alia ratio.

HERMOLAVS

consequitum: corpus quoq; quum compositum sit & corruptibile: natura
q; eius existat: & ad eis principia tanq; ad ipsius finem resolutur: atq; vt
gratia repeatet hec inferiora: a quibus naturam possit tener: satis illi sus
perq; esse videtur: si pro tempore: ipsius naturae privilegio ac dono possit po
tiri: quousq; saltem eam pristinam fecem ac illudem carnis exuerit: quā cō
stat sui ipsius naturae contagione pollutam: non dignam adhuc: vt ad illā
parum simplicemq; ac immaculatum superne glorie lucem trāfferatur: &
presertim quum nemo tam sanctus esse possit: qui non aliqua sit fedatus
corporis labe: quādoquidem nec astra ipsa in conspectu conditoris sui mū
da esse videantur: quod quidem Eliphaz the manites quum intueretur ves
tissimum esse: redargueretq; Job insolentiam: q; atideret se iustum appels
lare: necq; mereri se diceret eas quas perferebat calamitates: sic inquit. Quid
est homo vt immaculatus sit: & vt iustus appareat: natus de muliere: ecce in
ter sanctos eis: nemo immutabilis: & celi non sunt mundi in conspectu
eis: quanto magis ab hominabilis & inutilis homo: qui bibit quasi aquas
iniquitatem. Anima vero q; operata est secundum iusticiam: quum sit ex
natura sui simplex & incorruptibilis: & ad imaginem sui conditoris fa
cta. Vbi primum ex corporis claustro effugerit: quo quasi preda quedam:
carnis dentibus detinebatur. Non est mirandum: si statim aut paulo post:
aut aliquanto diuiciis: pro eius operatione: ad finem quoq; sum vnde est
orta pertenderit. Postq; & nobilitate nature: & operationis gloria: q; maxi
me sequitur laus, tantum a corpore distare videatur: quantum a sole distat
hec terra: quam certo scio neminem esse: qui diceret eiusdem meriti esse ac
gratia: tam & si ambo pariter ad utilitatem ceterarum rerum videantur ope
rari. Propria minime mirandum est: si corpus non pari cum anima glo
ria potitur: quā nimis inter se & dignitate & excellentia: & operationis pre
stantia differat: tamen etiam quum vnum quodq; quod sum proprium
sit sit consequitum: pro auditoris arbitrio ac voluntate. Ceterum satis cō
stat ac verissimum est: corpus hoc mortale: anime traditum: non vt locum
& quasi principatus unius collegam: sed tanq; seruum quendam &appa
ritorem ac ministrum: ad illius obedientiam & imperium paratum: aut po
tius quasi instrumentum quoddam: quo ipsa mereri: per iusticie operatic
nem exercitationemq; virtutis posset. Sed quo pacto contineat esset: vt qui
seruit est: pari esset cum hero suo gloria extollendus: & qui subditus: equa
li cum principe honore afficiendus. Et quo instrumentum est: tantam cō
sequeretur mercedem: quantam & opifex. Ut enim absurdum esset dicere
tantū homines in confitendis rebus malleo aut incidi debere: in quo nul
lus est sensus: nulla ratio: nulla intelligētia: nulla artis illius cognitio: ad his
hī aliud natum. q; vt sequeatur: quo duxerint artificis manus: q; artifici ipi
in quo & prudentia & cognitio artis: & potentia faciēdi insita est: que om
nia illa: & operatur & efficit. Ita nimis absurdissimum omnium esset.
si quod natūm est: ad servitutem illius dñe imaginis: tantam cōsequere
tur gloriam: quanta ipsa imago: que est fons principium & caput: omnis
humane operationis: ob eam quam est a conditore suo gratiam conseque
ta. Nec tamē interim corpus ipsius: suo prorsus honore aut gratia primitur
quum ob illius immortalia bene merita: a ceteris mortalibus: omni reverē
tia ac cultu veneret: nec minus plerūq; eius in morte gloria extollitur. q; in

Alia ratio q;
corpus nō de
beat nec pos
sit tantū meo
reti. quantū
anima.

Q; edep' nō
primitur suo
bonum,

BARBARVS

vita Iaus enitebat. At si homo deliquerit: vt in virtute anima ampliori q̄
corpis: ob eius dignitatem & excellentiam: gloria poterit: sic etiā maiori sup
plicio ac cruciatus affligi credendum est: quum non possit suo fine. Vnde
orta est pro voluntate potiri: nec ea pace ac tranquillitate perfuerit: ad q̄ā
se natam esse: per iusticie operationem intelligebat. Prioriç plerūq; se con
spiceret fructū: sive ipsius ingenite potentie ac virtutis. Itaq; non esē miran
dum videtur: cur in quaç; parte: potiora sint anime premia q̄ corporis
tametsi una operentur: quum etiam inter se: & dignitatē & naturē excellen
tia: vt dixi: differant: atq; omnium operationum princeps sit & caput: atq;
ductrix anima: & que corpus non solum mouet: sed etiam trahit plerumq;
ad id operandum quo intendit: nec ipsa ab ullo preterq; ab ipsa naturē in
fusione mouetur: quam per rationem & appetitum & intelligentiam ab ipsi
us cōditore est cōequuta. Hęc sūt Donati mī carissime: que mihi in p̄
sentiarum clementia illa inextinguibilis sp̄ritus suggestit: si tibi satis fecero
illi gratias habe: a quo omnis gratia: omnis intelligentia: ac ipsum sapientię
lumen: per omnem carnem: vt a Iesu sirach dicitur perfunditur: qui posuit
verba in ore hominis: & Esayē immunda labia tetigit: cum forcipe & car
bone: vt mundaretur. Verū vbi per otium potero: sollicitat quippe me ni
mis & artat: pastorale officiū. Dabo operam: quid super ea re: sanctissimis
quocq; doctoribus iudicatum sit: omni studio ac diligētia perquirere: quo
tue voluntati: & mee in te pietati satissimē possim. Idq; quā primū faero
nactus: ad te scribā. Vale. Verone. Idibus Novēbris. M. CCCC. LVI.

Conditio

EPITAPHION HERMOLAI BARBARI.

Barbariem hermoleos latio qui depulit omnem)
Barbarus hic situs est: utraq; lingua gemit
Vrbs venetum vita: mortem dedit inclita Roma
Non potuit nasci clarius atq; mori.



ANNO A PARTV VIRGINIS. M. D.IX. KALEN.

Septemb . In Vrbe Argentina. sub dñi Maximiliani

Cesaris Imperio. Librū hunc de prouidētia dei

contra philosophastros: compositum

editumq ab Io. Francisco

Pico Mirandulae

domino

Ingeniosus Ioan

nus Grüninger exscripsit:

stamneis vſis calamis; vſis & diligē

ta tata; ne ab authographo decideret exem

plari; vt si etiam minuta fortasse quæpiam omissa

comissa ve sint; absit tamen ab ea culpa; qua notati antea

quidam

Artifices.

q in plerisq ipsi

ns authoris operibus excus

dendis; aut clausulam quandoq inter


cæperit; aut verba omiserint inueterint ve

aut orthographiæ rationem posthabuerint.

Iohannes Adelphus Recognovit.


Registrum. A. iiij. B. iiij. C. iiij. D. iiij. E. iiij. F. iiij. G. iiij.





Cornelius Scoperus Cesarii Secretarii interdum dicebas concord
natos Protestantes si bene mundati fuissent ab istis quae vellent
religionem facile licitaburos; fructu autem expeditari, ut ipsorum
religio nisi auri splendorc. Collusata ullam orbis lucem possit
affalgare. P. Sarpi Ep. Conc. Tract. p. 48. edit. Gorichem.

Conf. de eius vita et Ep. Adol. ineditis. Apri Ferme festina
pag. 128. A. Dr. Sal. Cypriani Reformatioe Urkun. p. II. p. 288.
Idem Scoperus Apologiam pro grece ac defensione Principio
Christiani Danie legis in Belgium profagi anno 1524. in q.
quod scriptum supradicte veritatis et non ita facile obviandum
dicis Vogt in Catal. Libr. rar. p. 574.



七

1519
33
-3486

2.6.78

RARA

440/74/24057(5)

X13<7424057500013

PICO DELLA MIRANDOLA

— DE PROVIDENTIA —

1509

PROVIDENTIA —

— DE PICO DELLA MIRANDOLA

1509





